

ptorum, non raras. non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vi-
ciatas, vidisse diligencius, in hec verba., B. dei gracia episcopus scarensis
&c. Se föreg. N:o 1865. Jn horum igitur omnium euidenciam pleniores
sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Thørkelsthorp. anno domini
M° CCC° Trecesimo die beati stephani prothomartiris.

Sigillen, alla 3 mer eller mindre skadade.

2818.

Utan år. *)

Förteckning på gods tillhörande Thorstuna kyrka i Uppland.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Jsta sunt predia ecclesie thorstunum. Jn ipsa villa thorstunum sub fundo
presbiterali V marche terre Sub iohanne ibidem V. ore terre II½ denariis
minus Sub petro ibidem VIII solidi terre cum IIII denariis Jn husaby X ore
cum II solidis terre Jn kylistum I ora terre Jn kaeruaskoghu I ora terre
cum II denariis Jn thighbile II ore terre cum IIII denariis Jn horustum IIII
solidi cum dimidio terre Jn vappy Sub sigualdo V. ore terre V. denariis
minus Sub petro ibidem V ore terre cum II solidis Sub fasberno tantum
Sub nicholao ibidem tantum Sub hemingo ibidem V. ore cum dimidio solido
terre Jn hamarby VIII solidi terre Jn aløpe dimidia ora terre.

2819.

1331.

Förteckning på kyrkogoden, gammal och ny jord, inom Attundaland i Upsala stift. **)

Registr. Eccl. Upsal. perg. fol. 32, v.

Anno domini Millesimo CCC° XXX° primo hec sunt predia ecclesiarum
infrascriptorum terre noue et antique in attundia. Primum ecclesia laggahæ-
redh X. marche terre cum III solidis et dimidio Jtem ecclesia østhunum XX.
ore terre cum IIII solidis et dimidio Jtem ecclesia husabyærnawi III marche
terre cum VII oris Jtem ecclesia guttirrør I marcha terre cum solido Jtem
ecclesia nærdhathunum IIII marche terre cum II oris Jtem ecclesia vpsa-

*) Denna odaterade förteckning, på en pergamentslapp, utan sigill, torde hafva tillkommit samtidigt med nästföljande uppgift på kyrkogoden inom Attundaland och de förteckningar på dylika gods inom Strengnäs stift, som i November samma år (1331) blifvit upprättade. Handstilen synes bekräfta denna förmidan.

**) En dylik förteckning för Strengnäs stift förekommer nedanföre under November månad detta år. Båda hafva måhända tillkommit i följd af något allmänt påbud eller något mötesbeslut.

lensis in eadem parochia XX. solidos terre Jtem ecclesia korsta XIII ore terre antique cum solido et VII solidi terre noue in eadem parochia dominus vpsalensis .XX. solidos terre noue in nybille Jtem ecclesia garn II marche terre.

Jn sæmingiahundære ecclesia scanal XV ore terre antique et V. solidi noue terre Jtem ecclesia markem XX. solidi terre et ecclesia vpsalensis ibidem dimidiam marcham terre Jtem ecclesia lundatolft sedecim solidi terre antique et I ora noue terre, Jtem ecclesia orkasta XI ore terre Jtem ecclesia frøsunde V. marche terre antique et VI ore et XIIIII solidi terre noue et in eadem parochia ecclesia vpsalensis IX oras terre cum solido Jtem ecclesia skæpthuna V. marche terre cum VI oris et ecclesia vpsalensis in surstæ XI solidos terre cum dimidio parochie eiusdem.

Jn valendahundære ecclesia valenthuna IIII marchas terre cum V. oris et dimidio solido ecclesia vpsalensis ibidem I. marcham terre dimidio solido minus Jtem ecclesia vadhum III marche terre cum VII oris dimidio solido minus pro mensa sacerdotis ibidem XIII solidi cum dimidio noue terre in ridhum parochie frøsundi Jtem ecclesia angarna VII ore terre Jtem ecclesia østby III marche terre cum solido dominus vpsalensis ibidem XVIII oras terre Jtem ecclesia hamarby XVIII ore terre antique dimidio solido minus et II solidi terre noue Jtem ecclesia vpsalensis ibidem in parochia V. solidos cum dimidio Jtem ecclesia fresta II marche terre dimidio solido minus Jtem ecclesia vpsalensis ibidem in parochia III oras terre Jtem ecclesia tæby XX oras terre antique et VII oras terre cum XII denariis noue in eadem parochia Jtem ecclesia vpsalensis XXII. oras terre.

Jtem arlenningiahundære ecclesia elseke XIIIII. ore terre cum solido dominus vpsalensis III. marchas terre cum V. solidis dominus prepositus vpsalensis XX solidos terre in morgha Jtem ecclesia knifstæ XI ore terre antique et VII ore terre cum dimidia noue Jtem ecclesia odhinsargh V. marche terre antique et VII ore terre noue cum dimidia dominus nicolaus canonicus in løstum IIII marchas terre cum VII solidis Jtem ecclesia beati olaui sictunie XXI ore terre cum dimidio solido Jtem ecclesia beati laurencii ibidem XXI ore terre cum dimidio solido Jtem ecclesia beati nicolai ibidem VIII solidi terre Jtem ecclesia husabyarland XII. ore terre Jtem ecclesia norsunde XIII ore terre antique et XI solidi terre noue cum dimidio Jtem ecclesia scanal V. oras terre cum dimidia ibidem in parochia.

Jtem prouincia sæhundære ecclesia esterne X. ore terre solido minus Jtem ecclesia fastakirkju XI ore terre Jtem ecclesia ringbohæredh III marchas terre antique cum dimidia et dimidiam oram terre noue Jtem ecclesia

rødho I. marcha terre Jtem ecclesia skædarghe XV. ore terre Jtem ecclesia
rial X. ore terre dimidio solidio minus.

Jtem prouincia lyhundære ecclesia husaby IIII marche terre X.
denariis minus Jtem ecclesia malstadhi II marche terre cum dimidia ora an-
tique quinque solidi cum dimidio terre noue Jtem ecclesia lennum I. marcha
terre solidio minus Jtem ecclesia lohæredh IX ore terre cum solidio Jtem
ecclesia æsathuna III marche terre cum XX solidis Jtem ecclesia karlunge
XII. ore cum solidio terre Jtem ecclesia vpsalensis XIII oras terre Jtem eccle-
sia sudherby XVII. ore terre antique XII ore terre noue cum dimidio solidio.

Jtem solundahundære ecclesia eedh XIX. ore terre cum dimidio
solido dominus vpsalensis in runusum et sætrum III marchas terre et V. oras
parochie eiusdem Jtem ecclesia solunthuna VI. marche terre cum VII. solidis
et dimidio Jtem ecclesia gerfelle XV. ore terre solidio minus Jtem ecclesia
spanga VIII marche terre antique et VIII solidi cum dimidio terre noue
Jtem ecclesia brumum III marche terre antique et V. ore noue. Jtem eccle-
sia solnø III marche terre antique solidio minus et II solidi noue terre Jtem
ecclesia stokholmis X. oras terre solidio minus et dominus vpsalensis IX oras
terre cum solidio ibidem in parochia Jtem ecclesia danarø quinque ore antique
terre et II ore noue Jtem ecclesia akir XX. ore terre cum II solidis dominus
vpsalensis V. marchas terre cum XVI. solidis ibidem in parochia Jtem eccle-
sia riwdh XVI. solidi terre Jtem ecclesia vpsalensis in vldun X. oras terre
parochie eiusdem.

Jtem brohundære ecclesia næs XI ore terre Jtem ecclesia riuudh
XX. ore terre cum VII. solidis et X. denariis ecclesia vpsalensis III marchas
terre cum V. oris et dimidia dominus vpsalensis XIX. solidos terre Jtem
ecclesia sancti petri XIII. solidos terre ibidem in parochia Jtem ecclesia bro
XIX. ore terre antique et VII. ore terre noue dominus vpsalensis I. marcham
terre ibidem in parochia Jtem ecclesia laza IX ore terre solidio minus Jtem
ecclesia munzø I marcha terre solidio minus dominus vpsalensis ibidem in pa-
rochia XXI marchas terre cum VIII solidis Jtem ecclesia færingiathuna III
marche terre Jtem ecclesia hillishøgh IIII. marche terre cum ora Jtem ec-
clesia sunga III marche terre cum tribus oris Jtem ecclesia skaa .XV. ore
terre Jtem ecclesia loghø XIII ore terre cum solidio.

Jtem ecclesia frøthunum III marche terre cum V. solidis et X. denariis
dominus vpsalensis XIX oras terre ibidem in parochia Jtem ecclesia bro II.
marche terre solidio minus Jtem ecclesia vpsalensis I marcham terre in harø
Jtem ecclesia veddø III marche terre cum V. solidis Jtem ecclesia hefir XII.

oras

oras terre antique dimidiam oram noue dominus vpsalensis dimidiam marcham terre ibidem in parochia.

Summa tocius terre antique ecclesiarum in attundia. CLXVI marche cum octo solidis et dimidio. Summa tocius terre noue ecclesiarum earundem ibidem in attundia XI. marche cum X. solidis.

Summa prediorum antiquorum pro mensa domini vpsalensis in attundia XL. marche terre cum ora et III. marche terre noue cum II. solidis.

Summa prediorum antiquorum ecclesie vpsalensis XV. marche terre, XX. solidi, in morgha pro mensa domini prepositi vpsalensis, quatuor marche terre cum VII. solidis in löstum pro mensa domini Nicolai jonsson canonici vpsalensis.

2820.

1331.

Kaniken OLOF i Åbo, Priorn i Predikarebrödernas kloster derstädes JOHAN LARSSON m. fl. intyga, i anledning af tvisten mellan Biskoparne i Åbo och Tavastlands invånare om den s. k. Fjerdeskinnsskatten, att denna gård från urminnes tid erlagts af Tavasterne till Biskopen i Åbo, till dess den af Biskop Magnus för en tid eftersänktes, när Tavastland blifvit af Ryssarne förhärjadt; efter hvilken tids förlopp nämnde Biskop åter, fastän utan framgång, utkräft samma skatt.

Registr. Eccl. Aboens. chart. fol. 9, v.

Cum plerisque jn dyocesi aboensi constitutis satis constat quod iam ad longum tempus videlicet ad viginti quatuor annos vel circa litigatum fuerat super quarta pelle jnter venerabiles patres dominos videlicet Magnum et Ragualdum dei gracia pro tempore episcopos ecclesie aboensis bone memorie benedictumque equidem [ɔ: eiusdem] gracia nunc eidem ecclesie episcopum presidentem ex vna parte et tauastos ex altera dicentes quandoque se dictam quartam pellem nunquam exhibuisse quandoque autem asserentes dictam pellem per dominum magnum prefatum bone memorie sibi fuisse totaliter relaxatam Supradictus vero venerabilis pater dominus benedictus sicut et predecessores sui episcopi antedicti suis temporibus petiuerunt jta et nunc iste petit sepe dictam quartam pellem sibi redi, uel decimas de omnibus per tauastos prenominatos exhiberi Tauastis autem dicentibus ad neutrum istorum se teneri Vnde pro veritate dicenda et testimonio ferendo veritati Nos subscripti super hoc specialiter requisiti bona fide et salua conscientia testimonium perhibemus in hunc modum videlicet quod dicta ecclesia aboensis et eidem ecclesie presidentes episcopi qui pro tempore fuerunt in quieta et pacifica possessione et receptione supradicte quarte pellis a tempore cuius in contrarium non extat memoria fuerunt inconcussi quoisque memorabilis et memoratus pater